

Magnum solatium Prælati subditos bonos habere.

88.

Richard. Confusio est superiori, quod ipse sit iniquus, & subditus bonis.

89.

Prim. Inter malos bene vivere rarum, & laude dignum.

90. Aesbert. Haymo.

Iusti pauci & rari.

91. Psalm. 16. Chald. Pagnin. Eugubin.

Coloss. 1.

Ephes. 1.

Iustorum numerus, valde rarus. D. Chry.

92. Mich.

Ex quibus eorum exemplo cum eis recte vive. Ex quibus duas rationes colligo, & primò is tantillo residui boni se nomen vite habere, sed revellet à Domino esse, multa tristitia est affectus? ra mortuum esse, multa misericors Dominus cum aliquo modo consolatione recreat, dicens illi aliquos esse in Sardis, & vere fideles; magnum enim solatium est superioribus, subditos bonos, in ordine, & secundò ad illa verba eorum exemplo cum eis recte vive.

Tertio, quod sit mortuus peccato Dicitur Episcopo, & tamen ei subditur, quod hanc in sua Ecclesia bonos & innocentes, qui iniquaverunt vestimenta sua, ut tu ergo o Episcopo, munda conseruam, neve patiaris te à subditis tuis scientia & vita vinc, ac superari, imò magna sancti superioris, quod eius subditi boni, confusio inueniantur, cum ipse pravus, & iniustus. Ergo ex tantillo residui boni conseruam, neve patiaris te à subditis tuis scientia & vita vinc, ac superari, imò magna sancti superioris, quod eius subditi boni, confusio inueniantur, cum ipse pravus, & iniustus. Ergo ex tantillo residui boni conseruam, neve patiaris te à subditis tuis scientia & vita vinc, ac superari, imò magna sancti superioris, quod eius subditi boni, confusio inueniantur, cum ipse pravus, & iniustus.

Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum.

Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum.

Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum.

Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum.

Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum. Quia maxima commendatione dignum.

ficus desideravit anima mea. Multum deplorat Propheta, quod factus est, sicut qui post vindemiam colligit racemos, & cur non in ipsa vindemia? Per racemos, ut interpretantur D. Hieronym. D. Cyrillus, intelliguntur iusti, & sancti, qui suavissimum saporem dant Deo; inde eos non comparat racemis in vindemia, sed ipsa transacta in autumnum, quia tempore vindemiarum multi sunt racemi in vinea, ipsa verò transacta pauci, & rami: & in ipsa republica Iudeorum tantum abest, quod essent multi iusti, ita ut simpliciter dicitur: Non est horum ad comedendum, id est, nec est unus, vel vix unus est inventus maturus, & proportionatus ad fructus iustitiae. Quod maxime Propheta lachrymatur, & deplorat, Vae mihi. Ita præfatum locum exponit Cornelius à Lapide, Præcoquas ficus desideravit anima mea. Explicat Arias, cum vidissem tantam penuriam iustorum, illos primos, ac piores Patres, Abraham, Isaac, & Jacob, ac alios maxime exoptavi, hos enim præcoquas ficus appellat.

QUESTIO XIII

Quare illi pauci iusti, qui erant in Sardis dicantur quod non inquinaverint vestimenta sua?

IN limine questionis inquirendum, quid per vestimentum intelligatur? Aretas per vestimenta, corpora accipit, quæ sunt veluti quoddam mæ vestimentum, ac proinde illi, hic intelliguntur, qui luxuriam sordibus corpora sua non inquinaverunt. Secundò Alcazar per vestimenta conscientiam interpretatur, hæc enim peccato maxime inquinatur, & deturpatur.

Tertio, & communiter Ambrosius, Haymo, Beza, Ribeira, M. Joan. de la Haye per vestimenta, innocentiam, & puritatem, quæ in baptismo accepta, & cum perseverantia conservatur, vel certe si per peccatum inquinatur, per penitentiam maxime mundatur, & reparatur. Innocentia ergo, & puritas est stola splendida animæ, elegantissimè ipsam exornans, ejusque nuditatem tegens, inde ob eam promittuntur speciosæ velles gloriæ, ut dicitur versu sequenti, qui vice versis, vestitur vestimentis albis.

Hæc tamen alterius examinanda sunt dicitur Episcopo, Hæc pauci nomina in Sardis, qui non inquinaverunt vestimenta sua. Non dicitur sunt in Sardis, sed habes tu, qui non inquinaverunt, &c. ac si ei diceretur: Tu mortuus es peccato mortali, plurimique & tui spiritualiter mortui sunt, ut patet ex antecedentibus, & ideo supplicio digni sunt, sed aliquos castitate fulgentes inspexi & eorum intuitu à pœnis inflegendis, licet debitis, abstinui: Nam Deus puros, & castos maxime venerat. Aretas, Hoc bonum nactus es, ait, quod aliqui habent, qui hoc carnis indumentum non inquinaverunt sordibus actionibus, qui mecum in regeneratione fulgebunt, atque per hos etiam placatus differo, & longanimitas sum erga vos.

Secundò, dicitur, Qui non inquinaverunt vestimenta

D Hieron. D Cyril. Iustus valde rarus in Hebraeo populo.

Corn. Arias.

93. Aretas. Quid sit vestimentum.

Alcazar.

94. D. Ambrosius. Haymo. Beza. Ribeira. M. Joan. de la Haye.

95. Deu. ob castos abstinet à peccatoribus puniendis.

Aretas.

96.

Andr. Cæf. Altera. Ansbertus.

Ephes. 4. Coloss. 3.

97.

Richard. Per penitentiam antiqua immunitas recuperatur.

98.

Ex femineo contractu inquinatio, & perditio.

Tertul.

99. Psalm. 140. Chald. Hebr. D. Hieron.

vestimenta sua. Andreas Cæsariensis. Aretas, & Ambrosius. Ansbertus interpretantur de illis, qui post susceptum baptismi candorem conscientiam suam, ac animam suam mortali peccato non macularunt; qui exuentes veterem hominem, novum induerunt, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis? Ad Ephes. 4. n. 24. & ad Colossens. 3. n. 9. Et in signum huius puritatis, ac sanctitatis Baptismalis recenter Baptizatis dabatur vestis candida, ut dicam quærit. 1. 4. n. 1. 6. Dabo eis vestimenta candida.

Tertio, De his etiam, qui post admissum peccatum conscientiam suam penitentiam mundant; hunc locum interpretatur Richardus Victorinus. Sumit, qui post Baptismum vestimenta sua male vivendo inquinant, sed ea iterum lacrymis lavant; sed hoc inquinamentum non reputatur illis ad penam, sed diligenter lavant per penitentiam. De illis, qui peccata sua penitentiam lacrymis diluunt, dicitur quod non inquinaverunt vestimenta sua. Nonne ipsi delinquendo maculas peccati contraxerunt? Maxime sancti, sed ita per penitentiam peccati turpitudine depellitur, & anima pulchritudine condecoratur, ut ad suam innocentiam restituta videatur, ac si illius vestimenta nunquam fuissent inquinata. Vide multa de hac re tom. 4. in Evang. in Indice, verbo Penitentiam.

Quartò, Pauci nomina, qui non inquinaverunt vestimenta sua, id est, ut explicant Aretas, Joachim, qui luxuriam sordibus corpora sua non contaminaverunt. Tota hæc dignitas nominatorum virorum in eo sita consistit; quod vestes suas servarunt alienas à femineo contractu: quod maxime explicatur, cap. 4. n. 4. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati; virgines enim sunt. Non sunt coinquinati cum mulieribus; quia ab eis tactas velles suspectas habent, & se protinus abijciunt. Tertul. lib. de Resur. rect. carnis utrumque locum conjungens sic ait: Hi sunt, qui vestimenta sua non coinquinarunt cum mulieribus, virgines scilicet signifiant: quasi omnino deploranda jam sit pudicitia illa, quæ sustinet vestis extremum scemine tangi manu.

Ait Regius Vates Ps. 140. n. 6. Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. Pro illo verbo, Dissipata sunt, Chaldaicus legit, Dispersa sunt membra nostra. Alii ex Hebræo, Emollita sunt ossa nostra secus infernum. D. Hieron. legit, In ore Inferni. Sed unde ossa nostra, seu membra nostra sic sunt dissipata; dispersa, ac emollita in ore inferni? seu ut ad os inferni pervenirent, explicat ibi Arnobius, Juxta infernum sunt, quando societatem nostram diversitas sexus inquinat. Eo ipso, quod societati scemine sexus te adjungis, eo ipso omnia emollita ac dispersa, ita ut jam demergaris juxta infernum, seu ad inferni os videatur jam te pervenisse.

Dum Cain generationes, quæ diluvio periturae erant, narrantur, ad ultimas deveniens textus, & diluvio jam proximiores, dicitur Genes. 4. n. 21. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator, & faber in cuncta opera aris, & ferris; foris verò Tubalcain Noëma. Ecce jam in ultima Caini generatione. & diluvio jam proxima ponitur Noëma. Sella filia cujus nomen significat voluptatem; & si in generationibus principio mundi narratis, nulla exprimitur

filia, cur in hac ultima Caini generatione filia proponitur, & Noëma, id est, voluptas vocatur? Ostendebatur, quod omnis caro corruperat viam suam, & quod generatio jam per diluvium peritura erat, & idem meritò in ea scemina proponitur, & ea scemina, quæ voluptatem sonat: ut enim scemina voluptate pleta apparet, ibi & carnis corruptio apparet mors, ac interitus omnium nostrum monstratur. Sic ait D. August. lib. 15. de Civit. cap. 20. Progenis ergo ex Adam per Cain sceleratum undenario numero finitur, quo peccatum significatur, & ipse numerus à femina clauditur, à quo sexu initium est peccati, per quod omnes morimur. Commissum est autem, ut voluptas carnis sequeretur. Nam in ipsa filia Lamech Noëma, id est, voluptas interpretatur.

Ob injuste occisum Naboth, denuntiatur Achab per manum Eliæ, quod ipse interficiendus esset, & quod sanguinem ejus lambent canes, ut lincerunt sanguinem Naboth 3. Reg. 21. n. 9. quod cum audisset Achab scidit vestimenta sua & operuit cilicio carnes suas, jejunavitque & dormivit in sacro. Tunc ait Dominus ad Eliam dicens, Nonne vidisti humiliatum Achab coram me, quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus ejus. Idem n. 29. Et tamen multum denuntiatum illi accidit, cum in bello sagittâ percussus occubuit. Canesque lincerunt sanguinem ejus. 3. Reg. c. 22. n. 38. Et unde fieri potuit, quod habens ex Deo promissionem salutis, tamen scidit occisus est, & victus? unde tantum donum promissum illi immutatur: Ex consortio, ac societate scabellis hoc habuit: ut in penitentia non perfectaret, sed in nova sacrilegia veniret & inde perdidit donum promissum Divinæ bonitatis, ut ab uno evadens periculo in aliud mortis inevitabile incideret. D. Ambr. lib. de Naboth. c. 7. An oraculum falsum est? Nam Achab, & victus est, & occisus; sed considera, quia Iezabel habuit uxorem, cujus dicebatur arbitrio, quæ avertit cor ejus, & nimis sacrilegus execrabilem fecit, & hunc ejus penitentia revocavit affectum. Oa societatem unius depravatæ mulieris donum salutis promissum perdidit.

Ubi scemina, ibi mors, & interitus. D. August.

101.

3. Reg. 21.

1. R. g. a. Laqueus mulieris homines trahit ad mortem.

D. Ambros.

QUESTIO XIV.

Quare pro magna laude horum iustorum dicitur, quod ambulabunt cum Christo in albis, & redditur ratio? Quia digni sunt?

Dignitatem horum iustorum ex multiplici circumstantia apposita in hoc versu considerabat Albert. Magn. Primò, Eorum paucitas, cum dicitur pauci. Secundò, In conspectu Dei eorum pretiositas, cum dicit nomina, Deus enim rem vilem non nominat, nec approbat. Tertio, Ipsorum pulchritudo, & puritas, qui non inquinaverunt vestimenta sua, id est corpora. Quarto, Bene agendi facilitas, cum dicit ambulabunt. Quintò, Plena ad Christum conformitas, cum dicit, mecum in albis. Sextò, Honoris dignitas, cum dicit, quia digni sunt. Similiter D. Bernard. Senens. sic ait, Est notandum, quod virgines hæc

102.

Alb. Magn.

D. Bernard.



Magna dignitas iustorum ex multis commendatur.

103.

104. Haymo.

Alb Magn.

In virtute non sista, sed profice.

105.

Omnis nostra operatio tendat ad Deum.

106.

Gen. 17.

Gen. 48.

Baptizatis vestis candida in signum custodienda in innocentia Raban.

in septem per ordinem commendantur. Primò, A fame celebrata: quia sunt in Cælo nominata; hi sed habes pauca nomina. Secundò, Apulchritudinis speciositate, in Sardis, qui interpretatur principium pulchritudinis. Tertio, Ab incorruptionis integritate, quia non inquinaverunt vestimenta sua. Quarto, A profectus virtuositate, quia ambulavit. Quintò, A Dei familiaritate, cum dicit mecum Sextò, A conscientia puritate, quia in albis Septimò, Ab honoris sublimitate, quia digni.

Tamen maximè ad nostram quæst. quatuor in præsentem consideranda sunt. Primò, quia dicitur ambulabant. Secundò mecum. Tertio in albis. Quarto, quia digni sunt. Quæ sigillatim sunt examinanda.

Primò, Ambulabant. Haymo. Illi, ambulabant cum eo in albis, qui innocentiam, & sanctitatem illius, quantum in eis est possibile, imitantur, præcedit quippe Christus exempla dando, sequuntur electi exempla eius imitando. Unde Petrus ait, Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Cum eo ambulabant, qui vestigia Passionis eius, ac vitæ ipsius sequuntur; prævit ipse enim ad exemplum, & in formationem, & ipsi sequuntur per imitationem, quantum fas est puræ creaturæ. Aliter explicat Albertus Magnus dicens: Ambulabant mecum de virtute in virtutem in albis, in operibus bonis & conscientis puris. Non ait Christus stabunt mecum, sed ambulabant, quia in via iustitiæ non sistendum est, sed semper progressu virtutum proficiendum. Vide cap. 2. q. 41. n. 302. 303. & q. 57. n. 430. 431. & 433.

Secundò, mecum: non solum ait, ambulabant, sed mecum dicit: & quod Domine cum eis ibi: nisi de te ad te, & nisi per te ad te, qui es omnium finis, & ad quem tendit omnis recta operatio; proindeque Domine cum eis ambulabis per gratiam, & ipsi tecum per iustitiam. Tu quidem Domine per gratiam, qui nisi eis per singula gratiam tribueris, non possunt perficere: sine te etiam nihil possunt facere. Et ipsi tecum ambulabant per iustitiam; quia gratia tua à te eis data multum proficiunt, & opera bona, ac recta virtutis operantur, & edent.

Tertio, in albis. Nonne satis erat dicere, ambulabant mecum, ad quid additur in albis? In Veteri Testamento tecum ambulabant, non tamen addidisti qua veste, aut ornamento. Dicitur est Abrahamo, Ambulacoram me. Gen. 17. n. 1. Jacob dixit, Deus in cuius conspectu ambulaverunt Patres mei. Gen. 48. n. 95. Cur ergo modo vestes candidas hic requiris ab ambulantibus tecum? In præsentem sermo est de his, qui lavacro sacri Baptismatis regenerati innocentiam suam custodiunt incontaminatam. Ecce cur requirit ut in albis sint, alludens ad antiquum morem, quo Baptizatis vestis candida dabatur, qua denotabatur eis semper custodiendam esse innocentiam, ut digni ad ambulandum cum Christo invenirentur. Raban. Maur. lib. 1. de Instit. Clericor. cap. 29. sic ait, Post Baptismum traditur Christiano vestis candida designans innocentiam, & puritatem, quam post ablatas veteres maculas studio sanctæ conversationis immaculatam servare debet, ad præstandum semper tribuendum Christi. De hac etiam consuetudine mentionem faciunt D. Ambrosius lib. de iis qui initiantur mysteriis D. Dionysius Areopag. cap. 1. & 2. de cælesti Hierarch. Socrates l. 1. cap. 14.

Aliter respondet Rupertus lib. 2. in Apocal. Ambulabunt mecum in albis, mecum, inquit, filio virginis: mecum cuius caro virginea continentia dedicavit exemplum, qui sum virgineus flos, virginitalis liliam: mecum ambulabant in albis, id est, in corporibus immaculatis, cum quibus resurgens nitidi, velut agni novelli. Cur post insignem victoriam; quod isti non inquinaverint vestimenta sua luxuria sordibus, eis in præmium assignatur, quod ambulabant cum Christo in albis; cur non potius eos splendido, ac prædiviti vestitu omni lapide pretioso decorabat, & fulgenti, hoc enim magis ad eorum supremam dignitatem exprimentam conducere videbatur, cur solum de vestimentis albis fit mentio: Hæc vestimenta alba dantur eis in signum eorum virginis, ac puritatis. Et corporibus præstantior, quam virginitas, & integritas, & ideo alia stola non potuerunt pretiosius adornari, quam illa, quæ puritatem, ac virginitatem indicabat.

Quarto, Quia digni sunt. Hi qui non inquinaverunt vestimenta sua, præexcella dignitate conspicui hinc apparent, ambulabant cum Christo in albis, tanquam eximii Domini collaterales amici, ac illius supremæ Curie candidati magnates, ad quod magis exprimentum additur, qui digni sunt. Nonne, ut eorum præcellens honor cunctis esset notus, fat erat dicere, quod cum Christo ambulabant in albis, ad quid ultra additur, quia digni sunt? Quia non sola dignitas suscipiens facit verè candidatum, sed eorum, condignitas, ac merita. Ibi solum candescit honor, ubi solis dignis præstatur, qui nullo modo fuscant dignitates, sed verè sunt candidati, & supremi Regis magnates, & in ipsis honor non sordescit, sed splendet.

Dum discipuli gloriantur de potestate accepta in dæmones ad eos ejiciendos ex humani corporibus, ait illis Christus D. Luc. 10. n. 20 In hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiunguntur, gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in libro vitæ. Vatablus explicatius legit ultima verba, sed gaudere potius. Cur de tam splendida potestate non gloriarentur, cum valde illa magnificentati essent apud homines: Potestas ejiciendi dæmonia etiam indignis erat collata; nam filii Phariseorum, ut Judas, dæmonia eiecerunt, Matth. 7. n. 22. & qui sapiens est, non æstimare debet candidam, quæ suscipiens in dignitate sordescit, sed de illa sola candida gloriatur, quæ cum summo Rege promeriti fideles candidant; quia digni sunt; non de dignitate gloriandum, quæ etiam in indignis reperitur, sed de illa, quam sola merita faciunt. Tertull. lib. 4. in Marc. Nec ait, discipulos de subactione spiritum, sed de candida salutis gloriari volebat. Quod nempe eorum nomina pro meritis essent scripta in libro vitæ.

Valde rigidè, & asperè loquitur Parens Elias Achah. Regis, Non ego iuravi Israël, sed tu, & domus patris tui, 3. Reg. 18. n. 18. Cur Propheta non magis Regem veteris: cur purpuram honorari non habes? In Achah. Rege Regiam dignitatem

dine mentionem faciunt D. Ambrosius lib. de iis qui initiantur mysteriis D. Dionysius Areopag. cap. 1. & 2. de cælesti Hierarch. Socrates l. 1. cap. 14.

Aliter respondet Rupertus lib. 2. in Apocal. Ambulabunt mecum in albis, mecum, inquit, filio virginis: mecum cuius caro virginea continentia dedicavit exemplum, qui sum virgineus flos, virginitalis liliam: mecum ambulabant in albis, id est, in corporibus immaculatis, cum quibus resurgens nitidi, velut agni novelli. Cur post insignem victoriam; quod isti non inquinaverint vestimenta sua luxuria sordibus, eis in præmium assignatur, quod ambulabant cum Christo in albis; cur non potius eos splendido, ac prædiviti vestitu omni lapide pretioso decorabat, & fulgenti, hoc enim magis ad eorum supremam dignitatem exprimentam conducere videbatur, cur solum de vestimentis albis fit mentio: Hæc vestimenta alba dantur eis in signum eorum virginis, ac puritatis. Et corporibus præstantior, quam virginitas, & integritas, & ideo alia stola non potuerunt pretiosius adornari, quam illa, quæ puritatem, ac virginitatem indicabat.

Quarto, Quia digni sunt. Hi qui non inquinaverunt vestimenta sua, præexcella dignitate conspicui hinc apparent, ambulabant cum Christo in albis, tanquam eximii Domini collaterales amici, ac illius supremæ Curie candidati magnates, ad quod magis exprimentum additur, qui digni sunt. Nonne, ut eorum præcellens honor cunctis esset notus, fat erat dicere, quod cum Christo ambulabant in albis, ad quid ultra additur, quia digni sunt? Quia non sola dignitas suscipiens facit verè candidatum, sed eorum, condignitas, ac merita. Ibi solum candescit honor, ubi solis dignis præstatur, qui nullo modo fuscant dignitates, sed verè sunt candidati, & supremi Regis magnates, & in ipsis honor non sordescit, sed splendet.

Dum discipuli gloriantur de potestate accepta in dæmones ad eos ejiciendos ex humani corporibus, ait illis Christus D. Luc. 10. n. 20 In hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subiunguntur, gaudete autem quod nomina vestra scripta sunt in libro vitæ. Vatablus explicatius legit ultima verba, sed gaudere potius. Cur de tam splendida potestate non gloriarentur, cum valde illa magnificentati essent apud homines: Potestas ejiciendi dæmonia etiam indignis erat collata; nam filii Phariseorum, ut Judas, dæmonia eiecerunt, Matth. 7. n. 22. & qui sapiens est, non æstimare debet candidam, quæ suscipiens in dignitate sordescit, sed de illa sola candida gloriatur, quæ cum summo Rege promeriti fideles candidant; quia digni sunt; non de dignitate gloriandum, quæ etiam in indignis reperitur, sed de illa, quam sola merita faciunt. Tertull. lib. 4. in Marc. Nec ait, discipulos de subactione spiritum, sed de candida salutis gloriari volebat. Quod nempe eorum nomina pro meritis essent scripta in libro vitæ.

Valde rigidè, & asperè loquitur Parens Elias Achah. Regis, Non ego iuravi Israël, sed tu, & domus patris tui, 3. Reg. 18. n. 18. Cur Propheta non magis Regem veteris: cur purpuram honorari non habes? In Achah. Rege Regiam dignitatem

D. Ambrosius  
D. Dionysius  
Socrat.

107.  
Rupertus.

Puritas, ac  
virginitas  
splendidi-  
ssimum huma-  
ne natura  
ornamentum.

108.

Dignitas  
tunc hono-  
rat, cum di-  
gnis, confertur.

Non de di-  
gnitate, sed  
de meritis  
gloriandum.

Tertull. 4.  
109.

110.  
R. 18.

Dignitas in  
indigno pos-  
sessoris sua  
datur.  
D. Cyrill.

tem contemnebat Elias; quia ab indigno possessore, sic purpura ipsa fœdabatur, ut non purpura videretur, sed vilis, & sordidus pannus, ex quo præ arè ait D. Chrysostomus homil. 8. ad populum, non spectabat diadema, & exteriorem Regis apparentiam, sed animam sordidam, & ipsum intus captivum esse, & vitiorum servum, ipsius principatum contempsit, etenim tanquam in scena, sed non in veritate Regem sibi cernere videbatur. Sic universæ dignitates, quæ indignis etiam dantur, apud viros bonos contemnuntur, ac despiciuntur, ut quæ potius in scena, quam in veritate apparebat.

Apoc. 3. n. 5. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomē ejus de libro vitæ, & confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.

Num. 6. Qui habet aures audiendi audiat, quid Spiritus dicat Ecclesiis.

VERSIONES.

Syrus 5. Qui vincit, sic tegitur vestibus albis, & non delebo nomen de libro vitæ, & confitebor nomen eorum.

Arabicus. Victor sic amicitur albis, & ego profitebor nomen ejus.

App. Vincens sic vestietur. Qui vicerit vestietur.

EXPOSITIO V.

Qui vicerit. Hæc promissio non tantum ordinatur ad eos, qui innocentiam baptismalem servant, sed etiam dirigitur ad eos, qui post peccatum commissum penitentiam egerunt, in eaque totius vitæ curriculo perseverant. Vestietur vestimentis albis, id est, stola gloriæ jam explicatâ. Et non delebo nomen ejus de libro vitæ. Duplitter quis dicitur scribi in libro vitæ secundum D. Thomam, inchoatè, vel completè: inchoatè secundum præsentem iustitiam scribuntur omnes in Baptismo, & quoties per penitentiam resurgunt à peccatis; completè verò, quando in iustitia usque ad mortem perseverant. Qui ergo peccando amittunt gratiam, dicuntur deleri de libro vitæ secundum præsentem iustitiam, nam hi primo modo dicuntur scripti in libro vitæ.

Et confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus. Id est, palam, coram Patre meo, & Angelis ejus agnoscam illum esse de ovibus meis, & glorificabo me talem servum habere.

Qui habet aures audiatis. Nihil subicitur hic, quod Ecclesiis dicatur, unde sunt intelligenda

verba præcedentia. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis.

QUESTIO XV.

Quodnam sit premium non deleri de libro vitæ?

Quid sit liber vitæ, & quomodo Moyse petierit ab eo deleri, Exod. 32. n. 32. Exod. 32. pro quo supponendum est, quod liber vitæ in Deo metaphoricè dicitur, per analogiam ad homines, nam apud eos qui ad aliquid eliguntur, ut milites, & consilarii in libro scribi solent. Hic autem liber in Deo est divina præsentia electorum ad vitam æternam, quæ cum immutabilis sit videtur ut nullus, vel denuò in huiusmodi libro scribantur, in quo antea scriptus non fuerat, vel semel in eo scriptus amplius deleri non potest; nam præsentia, seu ordinatio electorum in Deo falli non potest; inde difficile intellectu videtur, quo modo pro maxima mercede, promiserit Christus non delebo nomen ejus de libro vitæ, cum nullus qui in eo scriptus sit deleatur.

Respondet primò, D. Ambrosius, Richard. Victor, quod cum liber vitæ sit immutabilis, semel in eo scriptus non potest amplius deleri; dicuntur tamen aliqui deleri, non secundum rei veritatem sed secundum hominum existimationem; qui aliquos putant esse sanctos, & scriptos in libro vitæ, cum revera scripti non essent, & proinde idem sit, non delebo eum, ac declarabo eum non fuisse deletum de libro vitæ; quod etiam docet D. Augustinus in Ps. 58. num. 29. Deleantur de libro viventium. Sed contra premium hoc modo explicatum promittitur in sequentibus: Confitebor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus. Et idem bis in eodem loco promitti non debet. Deinde objicit D. Thomas, quod merces, quæ promittitur sanctis non deleri de libro vitæ, non est secundum hominum existimationem.

Secundò, aliter explicat Ribeira, non delebo, id est, non damnabo eum, sed gloriâ perpetuâ munerabor, vult ergo poni librum pro gloria. Per metonymiam, continens pro contento. Hic tamen dicendi modus exactè non explicat, cur gloria per librum vitæ significetur.

Tertio, ac genuinè respondetur cum D. Thomas 1. p. q. 24. art. 3 in corpore librum vitæ esse conscriptionem ordinatorum ad vitam æternam, ad quem aliquis ordinatur dupliciter, vel ex divina prædestinatione & hæc nunquam deficit, vel ex divinâ gratiâ, secundum præsentem iustitiam, & hoc aliquando deficit. Qui ordinati sunt in libro vitæ ad gloriam ex divina prædestinatione, propriè, & simpliciter conscripti sunt in libro vitæ quia sunt ibi conscripti, ut completè habituri perseverantiam finalem, & consequenter æternam gloriam; isti ergo nunquam delentur de libro vitæ. Alii ergo dicuntur ord. nati in vitam æternam, & conscripti in libro vitæ non ex divina prædestinatione, sed ex divina præsentem gratiâ, quæ est semen gloriæ, & hi dicuntur scripti in libro vitæ inchoatè

114.  
Exod. 32.

Quid sit liber vitæ.

115.  
D. Ambrosius  
Richard.

D. August.

D. Thom.

116.  
Ribeira.

117.  
D. Thom.

Vera & genuina explicatio.